

Difficultas
quaestio.
Apoc. 14.

tante, & hi cum virginibus comparantur, simile est regnum calorum decem virginibus; at verò in Ecclesia triumphante per viros denotantur. Hi sequuntur Agnum, quocumque erit, hi empti sunt, ex hominibus, Apocal. 14. num. 4. Hi, in masculino. Cur in Ecclesia militante iusti cum virginibus conferuntur, in triumphante verò cum viris, ac hominibus. Hi sequuntur Agnum.

15.

Respondeo. Quandiu homo est in hac mortali vita, nulla est virtus adeo firma, & stabilis, quæ non exposita sit alicui lapsui, ac fractioni; at verò in Ecclesia triumphante, cælestique patria omnis virtus secuta, ac stabilis, virilique constantia perfulget. De Iusto loquens Ecclesiast. 50. n. 10. ait: *Quasi vas auri solidum ornatum omni lapide pretioso.* Paulus verò de eisdem loquens ait: *Non habet potestatem figulus lutæ ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam,* Rom. 9. num. 21. Vbi electi cum vase figuli combinantur; si vas auri solidum dicuntur, quomodo & vas figuli appellatur? Iusti prout sunt in hac vita rumpi, & frangi possunt in via virtutis vt vas figuli. At in cælesti patria sunt tanquam vas auri solidum, quod semper firmo robore perseverat, vt in sua integritate conferuetur, ac perfitat.

Eccles. 50.
Rom 9.

Iustus in
aeterna vita
securus, in
hac vita la-
pidei exposi-
tus.

QVÆSTIO IV.

Quare simul in Evangelio narrantur virgines fatuæ, & prudentes?

16.

DESCRIBUNTUR in præsentibus virgines prudentes, & fatuæ tanquam simul habitantes, ac commorantes. Quamnam culpa, ac crimen commissum erat à prudentibus, vt simul cum virginibus fatuis, ac stultis associarentur. Cum nulla sit rigidior pœna homini prudenti, quam cum fatuo, ac stulto agere, & incedere.

17.

Ezech. 27.

Cum Deus magna supplicia vellet inferre populo Israel ait per Ezechielem 21. num. 3. *Ecco ego ad te, & eyciam gladium meum de vagina sua, & occidam in te iustum, & impium.* Et vt gladius vehementius, ac districtius interficeret, ac in frustra cæderet, addit: *Gladius exacutus est & limatus.* Et ad tantam furoris iram exercendam, ac si vnus gladius non sufficeret, subdit: *Duplicetur gladius, ac triplicetur gladius interfectorum,* n. 14. Et cum inde videretur, quod multa hominum millia gladiis iugularentur. Clamat Dominus: *Mucro mucro reuertere ad vaginam tuam,* num. 30. Quod alicui videbitur pro misericordia dictum: tamen statim adiungit: *Effundam super te indignationem meam: in igne furoris mei sufflabo te, daboq; te in manus hominum insipientium,* ibid. num. 31. Reconditur iterum mucro in vaginam, ac si pro grauitate peccatorum Israel omne supplicium gladii illatum videretur parum, & diminutum, & ideo aliud grauius, & rigidius paratur. *Effundam super te indignationem meam, in igne furoris mei sufflabo te.* Et quodnam erit hoc supplicium, in quo omnis ira Dei effunditur, & ad quod omnis gladius insufficientis est: *Dabo te in manus hominum insipientium.* Durissimo supplicio affligam te Israel super omni alio, quod excogitari potest. *Dabo te in manus hominum insipientium,* vt eorum stultitiis, ac erroribus tanquam durissimo tormento

Dura pœna
prudētī agere
cū insipienti.

crucieris. Theodoretus relatus in Glossa: Superiorum oppugnationum hæc grauior erit.

Theodo.

Magnas pœnas miniat Deus Israeli, & ait: *Ego ad emulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem, in iram vos mittam,* Rom. 10. num. 19. Quæ tamen tanta pœna infligetur, cum Deus ait: *In iram vos mittam.* Ait Deus: adducam vos in gentem insipientem. Ipsa conuersatio, & pettractatio cum fatuo, ac insipienti valde acerba est viro prudenti, ac sapienti, ita vt nullum aliud supplicium ei rigidius, & durius videatur, itaut in eo omnis ira Dei immissa intelligatur.

18.
Rom. 10.

19.

Introducuntur in parabola simul habitantes prudentes, & fatuæ, vt dum prudentes cum modestia, ac humilitate fatuas sustinent, eorumque stultitias, ac errores tolerant, eorum probitas digna magno præmio, ac cælestibus nuptiis condigna appareat. Moyses populi Israelitici dux, & princeps, cum iam esset moriturus, populum appellat stultum, & insipientem. *Popule stulte, & insipiens,* Deuteronom. 32. num. 6. Vt eius virtus magno remuneranda præmio probaretur, quod cum tanta modestia, ac mansuetudine stultum populum per quadraginta annos sustinuerit, ac portauerit.

Fulgens me-
rito pruden-
tes cum tole-
rant fatuos.

20.

Tum etiam vt fatuitas aliarum quinque virginum ostendatur, associata prudentibus suam ignorantiam depellere non valuerunt, vt prudentes fierent. Ait Abias ad Parentem Eliam: *Numquid non indicatum est tibi Domino meo quod fecerim, cum interficeret Iezabel Prophetas Domini centum viros quinquagenos, & quinquagenos, & pauperim eos pane, & aqua,* 3. Regum 18. num. 4. De quo scribit D. Hieronymus in Abdiam: *Hic igitur quia centum Prophetas auerat, accepit gratiam prophetalem, & de duce exercitus, fit dux Ecclesia.* Vnde homo princeps militiæ nutritus in aula impiissimi Regis habuit, vt inter duodecim Prophetas canonicos numeraretur? Non mirum sanè. *Prophe-
tas Domini auerat.* Cum ipsisque Prophetis conuersabatur, ac agebat, indeque gratiam prophetalem acquisiuit.

3 Reg. 18.
Ex conue-
satione Pro-
phetarum fit
Propheta.

Hieron.

QVÆSTIO V.

Quare in Evangelio virgines introducuntur cum lampadibus, viri verò cum lucernis?

21.
Ratio litte-
ralis.

RATIO literalis desumitur ex dictis q. 1. quia apud veteres vigeat consuetudo, vt cum sponsus, & sponsa ad domum veniret nocturno tempore, à virginibus accensis lucernis exciperentur.

22.
Clem. Alex.

Hic tamen veniunt notanda præclara Clementis Alexandrini verba, qui lib. 3. Stromatum ait: *Hæc etiam ratione sunt etiam prudentium virginum lampades, quæ nocte sunt accensæ in densis tenebris castitatis.* Ait, quod virgines prudentes habent lampades accensas in densis castitatis tenebris. Sed si lampades accensæ sunt, quomodo adfunt tenebræ densæ, in quibus castitas veltatur? Castitas de verecundiæ bono densis tenebris absconditur, secessum amat, oculos hominum fugit, latibula quærit, ne pudicitiam cum facie prostituat obuiæ spectatorum libidini; lampades tamen in manibus portat, vt nitore virtutum fulgeat, & resplendeat. Virgo pudica de verecundiæ bono lucem fugit, & latere ambit: tamen lampadam cla-

Virgo sit ab-
scondita den-
sis tenebris
cum clarita-
te vita.

ritate

Sap. 4.
Lycan.
Hugo.

Rabban.

23.

Luc. 12.

Virgo sit
clausa domi-
vir foris se
exhibeat.

24.

Cant. 2.

Cant. 4.

Origen.

Sponsa clau-
sa sit in do-
mo. Sponsus
verò in cam-
po appareat.

Ambros.

25.

Cant. 2.

ritate indiget, vt à claritate conscientiæ, quæ labe aliqua deueniatur, venustatem virtutum scene- retur. O quam pulchra est casta generatio cum claritate. Sapient. 4. num. 1. cum claritate explicat Lycanus, sapientia. Hugo, cum claritate virtutum. Virgo sit sub densis tenebris abscondita, fulgeat tamen claritate sapientiæ, & virtutum. Rabbanus: *Distingue verba, ait, pulchra quantum ad opera: casta quantum ad innocentiam mentis; clara quantum ad virtutum nitorem.*

Quæritio præfens est, cur virgines à Christo Domino describantur cum lampadibus. Quæ accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso, & sponsæ. At verò homines referantur cum lucernis ardentibus. *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris,* Luc. 12. num. 35. Cur ergo virgines non lucernas ardentis, sed lampades; homines verò non lampades, sed lucernas habent; apta vnicaque personæ lucis imago, virtus virginum non sit circuncursans, sed domi clausa vt lampas in templo, secus verò vitorum, quibus incumbit, vt illustribus operibus in publicum fulgeant, lucernisque ardentibus se exhibeant, veluti famuli, qui noctu Domitum lucernis, ac fecibus comitantur.

Ait diuinus Sponsus de se: *Ego flos campi, & liliuin consallium,* Cant. 2. num. 1. Tamen de sua diuina sponsa testatur: *Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus,* Cant. 4. n. 12. Valde similes in suis actionibus, & operationibus erant diuinus Sponsus, & sponsa, ita vt vnus alterius referret imaginem, & operationem. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Cur ergo sic modo discrepat, vt sponsus dicatur flos campi patens, & expositus omnibus, sponsa verò hortus florum semel, & iterum conclusus, cur non se conformant in his actionibus, vt si flos sponsi est patens, sic etiam præuius omnibus sponsæ flos. Si Christus flos est campi, quia gaudet se omnibus communicare, vt ait Origenes homil. 2. ex duabus: *Christus, ait, flos est totius campi, id est totius mundi, & vniversa terra flos factus est.* Cur etiam sponsa non sic se communicat, sed tanquam duplici muro dicitur clausa. *Hortus conclusus soror mea, hortus conclusus.* Ex conditione sexus perpente discrimen: sponsus cum esset vir in publicum prodit, vt de odore, ac suavitate suorum florum omnes repleatur, ac lætentur. At sponsa cum esset virgo, publicum fugit, clausuram quærit, secessum amat, & multo munimine se ab hominum occurfu claudit. D. Ambrosius lib. 10. epistol. 82. *Bonus hortus virginitas, quæ plurimos boni ferat fructus odoris: hortus conclusus, quia vndique vallata est muro castitatis.* Et lib. 1. de virginibus aliquantulum ante finem. *Ille, ait, murali septus spiritu pudor clauditur, ne pateat ad rapinam.*

De diuino Sponso decantatur: *Ecce iste venit saliens in montibus transilientis colles,* Cant. 2. num. 8. & iterum introducitur degens super montes Berther. *Reuertere: similis esto, dilecte mihi, caprea, himuloq; cervinorum super montes Berber,* ibidem num. 17. At verò sponsa maxime clausa obleratis foribus introducitur. Vnde dicitur: *Vox dilecti mei pulsantis: aperi mihi soror mea,* Cantic. 5. num. 2. Et ita aditus erat interclusus, vt ianuam repagulis munitur, vt enim Christum exciperet, ait: *Pessillum ostij mei, aperui dilecto meo,* num. 6. Si sponsus, & sponsa arctissimo amoris nexu connectebantur, itaut minimè possint inter se separari, quid est quod sponsus transiliet super montes,

tes, valles, & colles; sponsa verò domi clausa retinetur; virtus decet per montes, & colles degere exhibens virtutis suæ munimenta, vt explicat D. Bernardus serm. 4. in Ascensione Domini. At verò virginis expedit, vt in cubiculo suo retineatur firma custodia munita. D. Ambrosius lib. de Isaac, & anima cap. 6. ait: *Aperi mihi soror mea, quia nuptiæ spirituales sunt verbi, atque animæ, aperi mihi, sed extraneis claudere, seculo claudere, neque ipsa foras ad illa materialia prodeas, neque virtutum relinquens lumen alienum requiras.*

Bernard.
Sponsus in
montibus,
sponsa in do-
mo.
Ambros.

QVÆSTIO VI.

Quare ex decem virginibus quinque notantur ab Evangelista fatuæ?

DECIM introducuntur virgines in parabola, ex quibus quinque ab Evangelista dicuntur fatuæ, & sic earum fatuitas, ac incuria in oleo retinendo notatur, vt etiam, quod erat in eis bonum scribatur, ac exprimat. Decem referuntur virgines quinque prudentes, & quinque fatuæ, in quo perspicacia acumen, ac sublimitas Evangelistæ intellectus fulget, ac resplendet, dum prudentes à fatuis diuidit, veramque earum virtutem à falsa, ac apparenti discernit; cum nihil sit difficilius, ac obscurius, quam inter hæc discrimen constituit. Ait Paulus Rom. 1. n. 9. *Testis est mihi Deus, cui serui in spiritu meo.* Cui solum Deum in testem vocat, non verò alium magis sensibilem testem: loquebatur Paulus de vero amore, cui seruebat in Evangelio, ideo solum Deum testem inuocat, solus enim ipse poterat distinguere verum amorem à falso, ficto, ac apparenti.

26.
Valde difficil-
le veram vir-
tutem à falsa
distinguere.

Rom. 1.

Dux mulieres contendebant coram Salomone super puerum viuum, & vnaquæque affirmat suam esse filium, ille verò adducto gladio mandat. *Diuidite infantem viuum in duas partes.* Vera mater pro salute filij deprecabatur ne interficeretur, alia verò instabat iussuonem regis impleri. Tunc Rex mandat primæ dari filium, & subdit Textus: *Audiuistis omnis Israel, & timuerunt regem, videntes sapientiam Dei esse in eo ad faciendum iudicium,* 3. Regum 3. num. 28. Cur non sapientiam, ac prudentiam humanam, sed tantum Dei in eo agnoscunt, & fatentur. Viderunt Salomonem facere iudicij discretionem inter verum, & falsum amorem, inter solidum, ac fictum affectum, & inde deprehenderunt mentem eius diuino lumine illustratam à solo superno lumine posse deuenire, vt quis verum amorem à falso, & ficto discernat. Vide cap. 5. n. 60. 61. 62. & n. 71. & n. 122.

27.

A lumine su-
perno venit
discernere
inter verum
& falsum
amorem.

QVÆSTIO VII.

Quanam esset fatuitas harum virginum?

RIMO Carthusianus. Quinque ex eis erant fatuæ. *Vna pars Christianorum insipiens est, ait, & in die iudicij stulta probabitur, eo quod diuinis, ac spiritualibus preposuit terrena, ac corporalia, si demq; Catholicam non adornauit operibus, nec opera de genere bona retulit ad debitum finem; prudentia namq; dirigit actus humanos in debitum finem.* Virtutes prudentia dirigendæ in debitum finem. Vide cap. 3. num. 64.

28.
Carthuf.

Virtutes
actiones dirigi-
gunt in debi-
tum finem.

Secun

29. Chryl.

Fatua magna superat, in minimis ducit.

30. Hieron.

Valde ignoras qui charitatis operibus caret.

31. Gregor.

Fides sine operibus mortua.

32.

Stultitia sine meritis velle frui sanctorum premio.

33.

Magnus error quod homo contemnat, quae sibi agnoscit necessaria.

34.

4. Reg. 1.

Abulen.

Qui agnoscit debitam reverentiam, et non impendit, committitur.

Secundò. D. Chryostomus homil. 79. in Matthæum: Non est, ait, corporis, & pecunia par cupiditas, sed acrior multo, ac vehementior corporum est. Quanto igitur imbecilliori reluctamur, tanto minus, si vincimur, venia digni sumus. Idcirco, & fatuas appellavit, quoniam difficilius superatis faciliora perdidit. Meritò dicuntur fatuæ, quia cum ardua carnis certamina superarent, virginitatem servantes, tamen oleum eleemosynarum non sumperunt secum, sed in largiendo nummulo, vel parvo panis fragmento omnino defecerunt. Idcirco & fatuas appellavit, quoniam difficilius superatis faciliora perdidit.

Tertiò. D. Hieronymus: Quinque fatuas, ait, id est terrenis facibus inhiantes; fatuas appellatur, quia terrena, quæ sunt stercore amantes contempserunt cælestia, ut nec pro illis parvam panis bucellam darent. Nam per hoc oleum communiter Patres eleemosynarum largitionem intelligunt, ex quo dubito, cur hæc virgines fatuæ dicantur; nam earum crimen fuit ex charitatis defectu, quæ ad voluntatem spectat; quomodo ergo dicuntur fatuæ, cum hoc ex intellectus culpa proveniat; merito sanè tum propter connexionem ipsius intellectus, ac voluntatis, tum etiam quia non ordinare, ac disponere, ut voluntas bonis operibus abundet, hoc magnum, ac ingens intellectus vitium est.

Quartò. D. Gregorius homil. 22. in Euangel. Qui rectè credunt, ait, & iuste vivunt, assimilantur quinque prudentibus, qui autem profitentur quidem fidem Iesu, non autem preparant se bonis operibus ad salutem, reliquis quinque virginibus fatuas. Et meritò, fatuitas enim, & stultitia est cum sola fide salutem sperare, cum fides sine operibus expers præmio, & vita sit. Vide supra cap. 13. num. 72. & cap. 18. num. 152. cap. 40. num. 85. 86. 87.

Quintò. Fatuæ dicuntur, & meritò, quia cum essent sine meritis, ac charitatis oleo carerent, ad nuptias cum prudentibus volebant ingredi, quæ lampades suas cum multo lumine fulgentes habebant accensas. Magna stultitia est, Sanctorum præmio sine illorum meritis velle frui, & gaudere. Vide supra cap. 39. num. 46. 47. 48.

Sextò. Fatuæ nuncupantur; & meritò, quia cum optimè scirent, quod ad ingrediendas divini sponsi nuptias lampadarum lumen necessarium esset, de illo tamen minimè curarunt, sed omnino habere neglexerunt. Et nullus maior error, nisi que sane intolerabilis est, quam quod homo bene agnoscat, quæ sibi expediunt, & de illis minimè sollicitus sit, sed ea omnino parvipendat, & contemnat.

Ex parte regis Ochoziæ vocatur Parens Elias per quinquagenarium principem, qui ait ad eum: Homo Dei rex præcepit, ut descendas, 4. Regum 1. num. 9. Vocat hominem Dei, id est Prophetam Dei, ut advertit Abulen. quæst. 26. eum enim agnouerat Dei esse Prophetam, cui ait Elias: Si homo Dei sum, descendat ignis de celo, & deuoret te, & quinquaginta tuos; descenditq; ignis de celo, & deuoravit eum, & quinquaginta qui erant cum eo. Cur hic ignis de celo non cadit super Iezabel, seu supra alios impios tyrannos, sed super hunc quinquagenarium, qui tam reuerenter ad Prophetam loquebatur. Iezabel non agnouerat Eliam ut hominem Dei, nec ad hoc se poterat persuadere; at verò quinquagenarius, qui eum ut vocauerat, sciebat hominem Dei, & reuerentiam illi debitam denegabat, res intolerabilis iudicata est, ac omni supplicio digna, & inde iustissime pu-

nitur, ut ignis super eum caderet, quo comburetur, ac in cineres redigeretur.

In hortu cum comprehenderetur Iesus: Simon Petrus habens gladium eduxit eum, & percussit Pontificis seruum: & abscidit auriculam eius dexteram, Ioan. 18. n. 10. Cur hic tamen inter cæteros percutitur à Petro, cur non potius illi, qui manus iniecerunt in Iesum, & eum tenuerunt, ac comprehenderunt? Malchus inter cæteros secum deferbat laternam accenso lumine, quo fidei lux significabatur. Alij ministri, qui aderant, qui sine Christi notitia tanquam cæci reputabantur, quod cum funibus ligarent, res detestanda; at verò seruus Pontificis, qui secum Christi notitiam in lumine significatum deferbat, quod ipsum tamen vellet manibus capere, res omnino intolerabilis, & inde ipse inter cæteros percutitur, ac vulneratur amputata auricula dextera, qua verba legis, quam contempserat, accipiebat. Origenes de Iudeis loquens homil. 35. ait: Nam si videntur legem audire, modo cum sinistro auditu audiunt vobram traditionis de lege, non veritatem. Et exinde aure priuantur.

Matth. 25. Sed quinque fatuæ accepit lampadibus non sumperunt oleum secum.

Num. 4. Prudentes verò acceperrunt oleum in vasis suis cum lampadibus.

Num. 5. Moram autè faciente sponso dormitauerunt omnes, & dormierunt.

VERSIONES.

Syriacus n. 3. Et illæ fatuæ sumperant quidem lampades suas, sed non assumpserant secum oleum.

Vatabl. n. 4. Prudentes verò sumperant oleum in vasis suis vnâ cum lampadibus.

Pagn. Arabic. Tardante verò sponso.

Vatabl. n. 5. Cunctante verò sponso.

D. Chrysof. Sponso autem tardante, conuenerunt omnes, & dormierunt.

Syriacus. Dormitauerunt omnes, somnòque se dederunt.

Franc. Luc. ex Græco. Nictauerunt omnes, & dormierunt.

EXPOSITIO II.

ED quinque fatuas. Pro exacta huius rei intelligentia tria hic explicanda sunt, quid significent lampades, oleum, & vasa. Primò. Lampades, ut exponunt D. Hieronymus, D. Hilarius, Origenes, Auctor Imperfectus, Albertus Magnus, fidem denotant. Secundò. Oleum, bona opera virtutum, præcipue charitatis, ac eleemosynarum interpretantur. D. Chryostomus, D. Ambrosius, Euthymius, Theophylactus,

35. Ioan. 18.

Qui habet Dei notitiam, & ipsum non veneratur, percutitur.

Origen.

37.

Beda. Carthuf. Hugo.

38. Hugo.

4. Reg. 4.

Bona temporalia deficiunt, spiritus autem superabundant.

39.

40. Hilar.

1. Petr. 3.

41. Mendosa.

Virgo ad miserandum veniosissima.

36. Quid significent lampades, oleum, & vasa. Hieron. Hilar. Origen. Imperfect. Ab. Maga.

cordiæ, semper festinat, ut suis eam inuocantibus adsit, vel quia sub nomine sponsi sponsa intelligitur, ut dicam expositione sequenti.

QVÆSTIO VIII.

Quare virgines prudentes dormitantes non arguuntur, cum apud Psalmistam pereant viri, qui dormitauerunt, & tandem quid sit dormire, ac dormire?

Ab hoc secundo incipio. Moram faciente sponso, sermo est in præsentem, dum iudicium Domini differretur, in quo omnes tam fatui, & improbi, quam prudentes, & iusti stabimus ante tribunal Christi, dum ergo Dominus moram fecit ad iudicium, virgines fatuæ, & prudentes dormitauerunt, & dormierunt, quod ad quandam negligentiam refert Auctor Imperfectus homil. 52. Hoc significat sermo, ait, quia tardante consummatione, non solum peccatores, sed etiam iusti, & spirituales, ad negligentiam sine reuolendi, & relicta via virtutis ad carnalia delectamenta sunt aliquatenus transiuri. Contigit saepe, ut iusti quoque, & vigilantissimi mordentur etiam leuium culpæ parum moribus. Hæc tamen interpretatio simpliciter non placet propter prudentes, nullo enim defectu, sed magna laude notantur, cum statim ingrediantur ad nuptias cum sponso.

Communis & vera Patrum interpretatio per somnum mortem intelligit. D. Hilarius ait: Expectantium somnus credentium quies est. D. Hieronymus: Omnes dormitauerunt, id est mortui sunt. Eodem modo exponunt D. Chryostomus homil. 79. D. Augustinus serm. 23. D. Gregorius homil. 12. D. Paschasius, Lyranus, & alij. Dominus autem appellavit mortem hominum somnum, quia omnes veluti à somno, ita à morte in iudicio excitabuntur. D. Hieron. Dormierunt, ait, quibus postea suscitande sunt.

Dicitur verò, quod dormitauerunt, & dormierunt, quidam Recentiores ita exponunt, dormitauerunt prudentes leuiter soporata, dormierunt verò profunde fatuæ. Cum tamen dicatur in Textu, dormitauerunt omnes, & dormierunt, tam ad vnâ, quam ad alterâ vtraque pars referenda est. Dormitauerunt ergo, per morbum, quia tunc homines incipiunt deficere, cum ægotant, dormiunt verò cum moriuntur, D. Gregorius citata homil. 12. Dormire, ait, mori est; ante somnum verò dormire, est ante mortem à salute languescere. Et hanc expositionem sequuntur communiter interpretes D. Thomas, Barradas, Sâ, & alij.

Aliam expositionem etiam adhibeo, ut dormire respiciat eos, qui proximi fuerint diei iudicij, ita moriuntur ut statim excitabuntur, dormire verò ad hos tendit, qui modo moriuntur, qui videntur profundè dormire, cum longo tempore mortis tenebris teneantur.

Quomodo tamen prudentes virgines dicuntur dormire, cum maxime apud Regium Vatem dicantur in diuinam iram incidere, qui dormitabant. Ab increpatione tua, Deus Iacob, dormitabant.

GGgg

mitana

42

Imperfect.

Etiâ ppe- bus aliquando leui culpa laboras.

43.

Mors sanctorum. Hilarius. Hieron. Chrysof. August. Gregor. Paschas. Lyrana.

44.

Gregor.

D. Thom. Barrad. Sâ.

45. Alia interpretatio.

46.

Psal. 73.

ctus, D. Thomas, & alij. Tertio. Vasa, corda nostra, seu conscientiam nostram exponit D. Gregorius homil. 12. qui ait: Vascula enim nostra sunt corda.

Sed quinque fatuas. Id est fideles, qui solum habent fidem sine operibus, acceptis lampadibus. Acceperunt, ac tenuerunt fidem, cum aliqua ostensione, ac apparentia bonorum operum, ut interpretantur Beda, Carthusianus, Hugo. Nam virgines fatuæ postea dicuntur: Lampades nostræ extinguuntur. Non sunt extinctæ, sed extinguuntur, quia cum fide aliquam exhibebant ostensionem bonorum operum. Non sumperunt oleum secum. In vasis nempe suis, ut immediatè statim de prudentibus dicitur. Ac proinde licet exhiberent aliquam speciem bonorum operum, non tamen habuerunt ipsa opera ex vera, ac solida charitate, ex pia, ac integra mente, & recta conscientia, ac debita, & conuenienti intentione profecta; de quibus ait Paulus Roman. 5. num. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. Quibus operibus veris, ac solidis Christum iudicem venientem exciperent, ut cum ipso ad cælestia gaudia ingrederentur.

Non omitam hic quod bene ponderauit Hugo Victorinus lib. 1. Miscellan. cap. 5. 1. ubi confert has virgines cum parente Elisæo. His virginibus defecit oleum in vasis. At verò sub Elisæo non oleum, sed vasa defuerunt, 4. Regum 4. num. 6. tunc sic ait ipse: Habet oleum Deus, habet oleum, & mundus: ad oleum Dei vasa deficiunt: oleum mundi in vasis deficiit: oleum dei dulcedo æternorum; oleum mundi delectatio presentium, illa sufficit, ista deficiit. Bona mundi parua, & deficiunt; bona verò spiritualia perpetuo consistunt, & maxime superabundant, itaut omnis capacitas cordis nostri sit illi angusta, & valde insufficientis, ut immensitatem illius complectatur.

Prudentes verò. Boni nempe fideles, qui habent fidem cum operibus misericordiæ, ac aliarum virtutum. Acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Habuerunt simul oleum in vasis, ac lampadibus, non enim contentæ fuerunt cum fide tantum cum externa morum honestate coniuncta, sed etiam verè comparauerunt internam iustitiam, quæ ex charitate, ac aliis bonis operibus pullulat, ita ut non solum exterius exhiberent fidem cum operibus, sed etiam verè, ac solidè interiori illi mens abundaret.

Moram autem faciente sponso, seu cunctante, seu tardante sponso, ut alij legunt: Moram autem faciente sponso. Rectè D. Hilarius: Mora sponsi, penitentia tempus est. Dat Dominus locum ad penitentiam. Patienter agit propter nos, nolens aliquos perire, sed omnes ad penitentiam reuertit, ut ait D. Petrus 2. cap. 3. num. 9. Dormitauerunt, id est semi soporata fuerunt: dormierunt, hoc est obdormierunt. De quo latè quæst. sequenti.

Pulchrè ad mores. P. Mendosa tom. 2. in lib. 1. Regum cap. 4. Annot. 12. sect. 1. num. 15. Dubitat quod cum dicatur: Virgines exierunt obviam sponso, & sponso. De solo autem sponso dicitur: moram autem faciente sponso: dormitauerunt omnes. Nonne sponsus, & sponsa expectabantur, cur ergo sponsus motam fecisse dicitur: de mora autem sponsa nihil commemoratur? Ait ipse, facilis est responsio, si ad mysterium confugiatur. Nam Christus, qui sponsi nomine intelligitur, cum sit iudex aliquando tardat: at B. Virgo, quæ intelligitur sponsa nomine, cum sit Mater Misericordie in Euang. Tom. IV.